



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus De Censuris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

De Bulla hac an infideles afficiat. Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

siones plures incidet, ex quo diuersa facta sunt, pro quibus singulis excommunicatio per Bullam lata est, iterari enim excommunicatio potest, vt id nos plurib. probauimus in cap. 16. §. 3. Tracta. de Censu. Præterea id probatur etiã, quoniam qui plures clericos vna percussione percutit, in tot excommunicationes percutiens incidit, quot sunt clerici, quos percussit, vt id asseruit Ioan. And. in cap. de delictum. de reg. iur. lib. 6. in Mercur. & nos disputauimus in eod. c. 16. §. 3. nume. 8. ergo multo magis in casu nostro. Alioquin si contrariũ vellemus, impunitatem aliquorũ cõsequeretur, propterea quod plura delicta committit contra l. 2. ff. de priuat. delict. Nunquam plura delicta concurrentia, dicitur enim ibi, faciunt, vt vllius impunitas detur, neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam. Hæc ibi, facit quoque l. si seruus seruum. ff. ad leg. aquil. ibi enim dicitur, si seruus alienum seruũ surripuerit, & occiderit, & furti, & dampni iniuriæ actionem competere. Ergo multo magis in casu nostro id asserendum est. Quare, si quis in hæresim aliquam incidat, si appellet ad futurum concilium, si romipetas offendat, ac demum, si reliqua omnia peragat contra Bullam, in omnes Bullæ excommunicationes incidet, non enim ob vnã causam excommunicatus excusatur, quò minus in alias excommunicationes inci-

dat. argum. cita. l. 2. ff. de priua. delict. Immo & in eodem genere delicti si in plures species eius committit, in plures excommunicationes incidit, vt si in plures hæreses, nam pro omnibus hæresibus excommunicatio fertur, & qui unã hæresim habet, hereticus est. Non est igitur, quod hac de re dubitemus, ad alia transeamus.

De Bulla hac an infideles afficiat. Cap. IX.

S V M M A.

- 1 Baptizatus qui non est, offendens hanc Bullam in eius excommunicationem, ac censuras non incidit.
- 2 Iudei, ac turcæ excommunicari non possunt.
- 3 Catechumenus excommunicari non potest.

1 **N**ona quæstio est, an Bulla hæc infideles afficiat, id est an, qui baptizatus non est, si Bullam hanc offendat, in excommunicationem incidat. In qua quæstione concludimus, qui baptizatus non est, esto Bullam hanc offendat, in excommunicationem non incidere, nam per excommunicationem quis vsu communionis spiritualium Ecclesiæ priuatur, vt probauimus in Tractatu de Censuris cap. 6. Tab. 2. quorum baptis-
mi susceptione participes effici-
mur, vt tradidit Catech. multis in
locis in expositione eius articuli.

Credo

Credo sanctorum communionē ,
 & Navar. c. 20. num. 53. cum seq.
 de orat. & hor. canon. ergo, qui
 Christi fidem baptismi susceptio-
 ne professi non sunt, nec ad Ecce-
 siae communionem recepti, ipsis
 privari excommunicatione non
 possunt, non enim, quod quis non
 habet, illud ei adimi potest, argu-
 men. cap. ad dissoluendum, & ibi
 Abb. de spons. impub. & leg. de-
 cem, vbi las. ac DD. no. ff. de verb.
 obli. † Non igitur Iudæi, non Tur-
 cæ, non alii, qui baptismo initiati
 nō sunt, in excommunicationem
 & censuras huius Bullæ eam offen-
 dentes incident, nam excommuni-
 cati non possunt ob prædictam ra-
 tionem, & vt tradidit Abb. in ca.
 ab excommunicato. num. 9. versu.
 Exemplum secundi. de rescrip. &
 in cap. relatum. versu. Not. 1. vbi
 quoque Felin. de sentent. excom-
 mun. & Gemin. in cap. Romana. §.
 in vniuersitatem. nume. 10. versu.
 Item baptizatum, & Philip. Fran.
 in versu. In Gloss. de sententia
 excommuni. libr. 6. & Couar. in
 capitul. alma. p. 1. in princip. nume-
 ro primo, de sententia excommu-
 nic. lib. 6. & Mar. Socin. Sen. in ca-
 pitul. mulieres, numero 26. cum se-
 quent. versu. Quinto quarto, &
 in capitul. relatum. numero quar-
 to. eodem in antiq. & Syl. in verb.
 Excommunicatio. 1. numer. 7. &
 Taber. eodem 4. numero primo, &
 Marquar. de Sussann. in Tractatu
 de iudæ. & aliis. idem. capi. octa-
 uo. nume. 2. in 2. p. prin. & Navar.

obli.

in Tractatu de iubileo, not. 31. num.
 4. in versu. An autem ibi quar-
 to, vbi communiter opinionem
 hanc receptam esse restatur, & in
 capitul. ita quorundam, not. 8. nu-
 mero 4. & numero 7. de iudæ. & in
 Man. capitul. 27. num. 13. Et pro-
 batur etiam in capitul. omnis chri-
 stianus. 11. quæst. 3. & in capitul.
 audiuius, §. fin autem, versu. si-
 cut autem. 24. quæstio. 1. Hinc Iu-
 dæus violentam manum in cleri-
 cum iniiciens, in excommunica-
 tionē non incidit eius, c. si quis sua-
 dente diabolo. 17. quæst. 4. vt habe-
 tur in capitul. postulasti, de iudæ. Id
 quod sentit Mar. Socin. Sen. in ca-
 pitul. peruenit. numero 28. cum se-
 quent. versu. Septimo principa-
 liter, de sententia excommunicat.
 & Archid. in citat. capitul. si quis
 suadente diabolo, & Marquar. eo-
 dem capitul. 8. numero quinto.
 qui ergo baptizatus non est, in ex-
 communicationes ac censuras hu-
 ius Bullæ non incidit.

Id quod locum habet ob easdē
 3 rationes, † esto catechumenus sit,
 id est ad christianam fidē, bap-
 tismum venire velit; nam nec hic
 excōmunicari potest, vt dixit Na-
 varr. in eod. Tracta. de iubileo. no.
 31. num. 48. versu. Quarto, & in
 Man. capitul. 27. numer. 13. & vt
 nos id asseruimus in Tractatu de
 Censuris, capitul. 17. §. 5. numer.
 3. Tabul. 1. Alia igitur pœna ad ar-
 bitrium iudicis punietur. argumē.
 cap. de causis, de off. deleg. & l. 1.
 ff. de iur. deliber. vbi enim pœna

ordi

ordinaria in reum non cadit, ad arbitrium iudicis punitur, vt tradidit Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 5. ca. 49. sed iam ad alia veniamus.

De Bulla hac, an vniversos christianos afficiat. Dup. Cap. X.

S V M M A.

- 1 Christiani omnes offendentes hanc Bullam in eius penas incidunt.
- 2 Potestas Ecclesiastica quamobrē pertineat ad gubernanda etiam naturalia, ac secularia.
- 3 Romanus Pont. Reges imperio priuare, Coadiutoremque illis dare potest.

Decima quaestio est, an Bulla hac vniversos fideles, & christianos afficiat. Videbatur igitur dicendum vniversos non afficere, eos. s. qui in temporalibus Romano Pont. subiecti non sunt, ac propterea ob delationem armorum ad christiani nominis hostes, Imperatorem, Reges, & huiusmodi Principes viros in excōicationem Bullae non incidere, nā Romanus Pont. in laicos, qui ipsi in temporalib. subiecti non sunt, quoad temporalia iurisdictionē non habet, vt asseruit Fekin c. que in ecclesiarum. nu. 44. vers. Tertia declaratio, de constitu. ergo non videntur puniri posse, qui arma, ne a proposito exemplo discedā, ad praedictos hostes deferunt, nā

ad poenam inurendam iurisdicio postulatur, vt habetur in l. imperium, & ibi DD. ff. de iurisd. om. iudic.

Contrariam sententiam tamē amplectari debemus, s. oēs Christianos, quacūque dignitate praediti sint, & in quocunque gradu constituti Bullam hanc offendentes in eius penas incidere. Primò, quia hoc in multis locis Bullae dicitur, & praesertim in c. 2. & in c. 7. & in c. 18. & in vers. Non obstantibus, at verisimile non est tot Romanos Pont. qui in iure Pontificio, ac civili floruerunt, quique doctissimos viros apud se sp. habet, & in omni scientiarum genere peritissimos, argu. l. omnium. C. de testament. iunct. cap. 1. de constitu. lib. 6. rem hanc conatos fuisse, si iure id non possent. Praeterea probatur id etiam rationib. nam potestas ecclesiastica, quā supremā Romanus Pont. habet, etsi ad gubernandos fideles secundū euāgelicam legem in supernaturalibus a Christo Domino in primis instituta est, pertinet tamē etiam ad gubernanda naturalia, ac secularia, quatenus supernaturalia ipse opus habent, & ad supernaturalem finem spectant, vt tradunt DD. Nauarr. in c. nouit. not. 3. nu. 82. & num. 97. de iud. & in consil. 1. de for. comp. lib. 2. & in re nota, in c. ita quorundam. not. 11. in Glo. 5. de iud. & Alphons. Alvarez. in Thesauro Christ. relig. cap.